



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 86. Sessio XVI. Basileensis Concilii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

K. infer-
arminiu
afferuit:
uit legi
deposuit:
ium Es
osa quo
que re
genera
sque ad
i magis
e ad ve
nii Pon
est. Pa
fileemul
ndo Eu
conatur

XXXVI.
sator cui
fol. 41
mutu
collige
tifex ob
derit, si
mper sol
hæc tri
m. Prin
appro
itoribus
dfuit, di

§. LXXXVI.

Sæcul. XV.
A.C.1434.

*Decima sexta Concilii Basileensis
Sessio.*

Feria sexta die quinta Februarii in loco consueto celebrata est Sessio XVI, Labb. Contra
to. 12. p. 528. cui Imperator Sigismundus habitu Imperiali indutus, ac nonaginta Praelati mitris albis ornati interfuerunt. Persolutis de more precibus, Eugenii Pontificis litteræ de approbatione Concilii, & revocatione dissolutionis ab eo decretæ recitantur. Perlatæ fuerant ab Archiepiscopo Tarentino & Episcopo Cerviensi, quibus perlectis ac examini subjectis Synodus declarat, quod Pontifex per illas omnino monitis, citationibus, ac postulationibus Synodi satisfecerit, juxta tenorem eorum, quæ in Sessione decima quarta, necnon in Formula eidem inserita habentur. Eadem epistolæ, postquam approbatæ fuerant, in acta Synodi relatæ sunt. Nihilominus Joannes Turrecrēmata, qui huic Concilio interfuit, Turrecrēmata
lib. 2. de Ec-
ac postea Cardinalium Collegio adscri-
clef. cap. 100. ptus est, ex hisce literis nihil omnino, quod Basileensibus suffragaretur, elici posse propugnat, docetque, Papam nullatenus approbasse omnia ea, quæ Synodus decrevisset, nec se obstrinxisse ad com-

I 3 proban-

Sæc. XV. probanda illa, quæ Basileenses præter
A.C. 1434. auctoritatem cuivis Synodo communem
 sibi arrogare vellent. Verum ut hæc
P. Alex. Cardinalis sententia minus firma esse co-
part. 2. Sæc. gnoscatur, consuli poterit P. Natalis A-
XV. &c. lexander in sua Dissertatione VIII. ad Con-
XVI. Hist. cilius Basileense (*).

§. LXXXVII.

Congregatio, in qua Pontificis Legati ad Concilium admittuntur.

L iteris Papæ in hac Sessione a Synodo approbatis, die vigesima quarta Aprilis coacta est generalis Congregatio, in qua Eugenii Pontificis Legati suis quisque nominibus Synodali Collegio subscripti fuere. Hi erant Nicolaus Cardinalis S. Crucis, Joannes Archiepiscopus Tarentinus; Petrus Episcopus Paduanus; & Ludovicus Abbas S. Justinæ. Postmodum jurato promittere cogebantur, se Synodi honorem toto studio promotoros, ejusque decreta integra fide servaturos ac speciatim illud in quarta & quinta Concilii Sessione conditum, quo declaratur

(*) Paucis multa in hanc rem dixit P. Gottti in sua Theologia tom. 1. tratt. 1. Isag. q. 3. §. 5., aliique Doctores quam plurimi, qui de hujus Concilii auctoritate differunt.